

tractandam sapienter duxit, scilicet cum tali mutua
præsentatione scriptorum ac sedata collatione inter
nos non processerit, nec aliquo fructu facta fuerit,
nos quidem testatū clare relinquimus, hic nihil nos
quod ad Christianam concordiam (quæ cum Deo &
bona conscientia fieri possit) conciliandam condu-
cere queat, vlllo modo detrectare. Quemadmodum
& V.C.M. deinde & cæteri Electores, & Status Im-
perij, & omnes, quicunq; sincero religionis amore
ac studio tenentur, quicunq; hanc causam æquo ani-
mo audituri sunt, ex hac nostra & nostrorum confes-
sione hoc clementer cognoscere & intelligere digna-
buntur.

Cum etiam V.C.M. Electoribus, Principibus
& reliquis Statibus Imperij non vna vice, sed sepe cle-
menter significauerit, & in Comitijis Spirensibus
quæ anno dñi &c. XXVI. habita sunt, ex data &
præscripta forma vestræ Cæsareæ instructionis &
comissionis recitari, & publice prælegi fecerit. Vestræ
M. in hoc negotio religionis ex causis certis
quæ V.M. nomine allegatæ sunt, non velle quicq; de-
terminare nec concludere posse, sed apud pontifi-
cem Romanum pro officio V.C.M. diligenter da-
turam operam de congregando Concilio generali.
Quemadmodum idem latius expositum est ante an-
num in publico proximo conuentu, qui Spiræ con-
gregatus fuit. Vbi V.C.M. per dominum Ferdinan-
dum, Boemiæ & Vngariæ Regem, amicum & domi-
num clementem nostrum, Deinde per Oratorem,
& Commissarios Cæsareos, hæc inter cætera proponi
fecit, quod V.C.M. intellexisset & expendisset Lo-
cum tenentis, V.C.M. in imperio, & præsentis &
Consiliariorum in Regimine, & Legatorum ab alijs
Statibus

UTRA